

387.

König Wladislaw I. von Böhmen befiehlt seinen Getreuen (im Lande Budissin), den Bischof und dessen Geistliche in ihren Rechten zu schützen. **Leitmeritz, [1159 — 1172] Juli 13.**

5 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 123b. Das an Fäden von rother und blaßgrauer Seide befestigt gewesene S. ist verloren.*

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,59.

Anm.: Herzog Wladislaw wurde im Jahre 1158 zum König erhoben und war vom Juni bis Sept. dieses Jahres in Italien. Die Urkunde kann erst nach seiner Rückkehr ausgestellt sein.

W[ladislaus] dei gratia Bohemorum rex nobilibus viris fidelibus suis Psastellao,
 10 Haulo, | Benisio, Iarozlao ac omnibus, ad quos pervenerit presens scriptum, gratiam
 suam | et omne bonum. Propter affectum prerogative dilectionis, quo pre ceteris diligere
 vos te|nemur, monemus vos pariter et rogamus, ut dilectum nobis Missnensem episcopum
 patrem venerabilem et suos clericos in bonis vestris, oppidis sive villis iura sua spiritalia
 exercentes, et, que sibi competunt, de iure debito requirentes promoveatis diligenter omni,
 15 quo potestis, iuvamine et effectum, cum teneamur eundem fovere contra quemlibet et iuvare
 et malum suum tamquam nostrum velimus generaliter reputare. In hoc enim nobis ex-
 hibebitis amicitiam^{a)} devotissimam et favorem. Datum Luthomaritz rri. idus iulii.

(SD.)

388.

20 *Kaiser Friedrich I. bestätigt unter Zustimmung des Landgrafen Ludwig, als Vogt des Stiftes Hersfeld, einen Gütertausch zwischen dem Burggrafen Burkard von Magdeburg und dem Abt Hildibold von Hersfeld. — Zeugen: Landgraf Ludwig und Markgraf Otto.* **Naumburg, 117[2] Nov. 27.**

Hdschr.: Cop. 428^a (Saec. XV. ex.) fol. 5b. Staatsarchiv Magdeburg.

Gedr.: Ludewig, Reliquiae manuscr. 1,10. Stumpf 4131.

25 *Anm.: Indiktion und Annal. Reinh. (ed. Wegele) 36 verweisen die Urkunde in das Jahr 1172 und nach dem polnischen Feldzug. Vergl. Prutz, Friedrich I. 2,191 Anm. 1.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus divina favente clemencia
 Romanorum imperator semper augustus. Quia decet, ut nostra maiestas, que est officio
 functa regali, sic imperii iudicia distinguat, ut sue sedis et honoris pia posteris monumenta
 30 relinquat, decrevimus, ut christiane religionis et dignitatis imperium quod divina favente
 clemencia regendum suscepimus, tam sollicita consideratione munire, ut in ipso ecclesie
 dei disposite plena pacis perfruantur oblectacione, quia tunc regni nostri beata sors omnis
 est, dum improborum felicitatem eo usque minuerimus, ut eorum grassanti stulticie in
 ecclesias dei aspirare fas non sit. Igitur insinuamus tam futuris quam presentibus
 35 christiane professionis fidelibus, quod fidelis noster Burchardus Magdaburgensis prefectus
 cambicione facta cum Hersfeldensi abbate Hildeboldo nomine et consentiente Lothewigo